



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christ. Francisci Paullini, Ferrariâ-Thuringi, Rerum Et  
Antiquitatum Germanicarum Syntagma**

**Paullini, Christian Franz**

**Francofvrti ad Moenvm, 1698**

LVII. Hermannus II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44860**

& diripiebatur, ut planè nesciret *Johannes*, quò se verteret. Is tamen ponens in DEI auxilio spem & fortitudinem suam, suos fortiter defendit. AD. MCCCCIII. *Balthasar*, Landgravius Doringiæ, acquirit sibi castrum *Gersingen*. AD. MCCCCXIV. erat in Concilio *Constantiensi* magna cum auctoritate & usua. Patres congregati audientes de insigni bibliotheca *Fuldensi*, rara aliquot volumina MSta acceperunt ex ea, secumque asportarunt cum detrimento Monasterii. AD. MCCCXCVIII. *Bonifacius* Pàpa IX. licentiam dederat feminis in templum *Fuldense* majus ingredi, quod ante hoc tempus inauditum erat. Sed mox exustum est templum à fulmine. Nemo tamen hanc temeritatem Pape corrigere voluit. Fieri etiã fecit *Johannes* campanam majorem, *Osanna* dictam. AD. MCCCC. *Brückenau* ex præsentissimo hostium periculo mirabiliter liberatur. AD. MCCCCXX. Capitulum fuit *Fulde*, à Sacro Ordine nostro indictum. Reformavit utiliter, multa paravit ornamenta & vasa ecclesiastica, reparavit ædificia ruinosa, & in cunctis bene prospexit Ecclesiæ suæ. Senex nunc & debilis cum consensu Fratrum Coadjutorem sumsit *Hermannum* de *Buchenavia*. At pediculos posuit in togam suam. Mox enim optimum Senem ex nova arce Sede pellebat sua in villam *Ottershusen*, ipse interim in omnibus dominatus est securè & superbè. Ad partes suas traxerat *Hermannus* Maguntinum *Conradum*, & propinquos suos, aliosque, *Johannes* verò Landgravium Doringiæ, & fortuna mutavit vela sua. Pax tandem facta per Legatum Apostolicum. Solus ergò *Johannes* operâ *Ludovici*, Landgravii Doringiæ, restitutus, præfuit postea annos aliquot inter utramque fortunam laudabilis Pater. Moritur AD. MCCCCXL. Prælatuæ XLV.

## LVII.

*Hermannus*  
II.

E familia de *Buchenovia*, Præpositus *S. Johannis*, & olim Coadjutor electus, primo statim Prælatuæ anno Marcham *Wedderaviam* Comitibus de *Nassau* primò oppignoravit, deinde summo cum Ecclesiæ damno vendidit. Voluit id quidem postea aliquantulum restituere, & fratribus è memoria evellere, dum disciplinam monasticam apud *S. Johannem* introduceret, istudque monasterium ædificiis, possessionibus aliquot & piscinis ornaret & dotaret. Sed non erat æquivalentia. Moritur AD. MCCCCXLIX. Prælatuæ suæ infelicis IX. Jacet in eodem Monasterio *S. Johannis*.

## LVIII.

*Reinhartus*

## LVIII. REINHARTUS.

E familia Comitum de *Wilnau*, omnium votis eligitur AD. MCCCCXLIX.